

Hiius diebus filii ex utero matris egressi contra honorem eius sine federe bellant. Unde pertinax pungna ecclesiastice rei publice destructiva surgit, dum se matris veritas et racio tenet et filiorum perversa voluntas sese tuetur . . . Hec pertinax sine ratione voluntas est eorum, qui ante 12 annos et citra in concilio et cum concilio autoritatem sacrorum conciliorum supra papam usque ad animam et sanguinem tamquam veritatem fidei defenderunt, nunc autem terminis eisdem eodem modo se habentibus hanc catholicam veritatem in heresim convertunt et, ut sue vesanie satisfaciant, sacram Constanciense concilium et eius decreta, in quibus illa veritas cum suis annexis fundata erat³), subvertere moluntur. Inter quos precipui sunt: Iulianus et eius discipulus Io. Palmar, de Turrecremata, Nicolaus Kußa, Lisura, qui a principio sacri concilii Bassiliensis ferventissimi contra papam et sue potestatis plenitudinem sribentes infinitos, ut ita dicam, quaternos per mundum divulgant. Nunc autem non experimento proprie libertatis, sed decepcione multiplicis corrupcionis ducti ea, que prius sacro approbante concilio pro veritatibus catholicis docuerunt, nunc hereses esse dicunt et in scriptis relinquuntur. Et quia sacram concilium, quod singulari a Christo dato privilegio errare sicut illi non potest, veritates semel per spiritum sanctum dictatas inconcussas tenet, sustinens a dictis filiis ex utero suo egressis et precisis, quod dicunt, scribunt et blasphemant sacram concilium esse hereticorum conventiculum, patres sacri concilii esse hereticos, scismaticos, sacrilegos, fatuos, et alia genera omnis contumelie inferentes et omnes principes et christianos ad persecucionem sacri concilii commoventes.

3 Textlücke bei Toke; er bemerkt hierzu nach tuetur: Et paucis interpositis sequitur: Hec usw. wie oben.

¹⁾ Als solcher gewählt 1443 durch Anhänger des Basler Konzils und von diesem bestätigt, ohne indessen allgemein anerkannt worden zu sein. Heinrich Toke (s.u. zur Überlieferung) leitet den Brieftext folgendermaßen ein: Scripsit in missiva, quam misit . . . sub sigillo ministri generalis, quem se diebus illis esse putavit.

²⁾ Zu Tokes Magdeburger Synodalrede s.u. unter dem genannten Datum.

³⁾ Wie das Stichwort veritas zeigt, ist Haec sancta gemeint.

zu 1443 September 2, Trier St. Simeon.

Nr. 558

Bericht in der Visitationsurkunde Eb. Jakobs von Trier vom 18. September 1443 über die Einleitung seiner Visitation von St. Simeon und die von NvK zu diesem Zweck gehaltene Predigt.

Or., Perg.-Heft (eigenhändige Unterschriften Eb. Jakobs und der Kapitulare von St. Simeon; anhängende Siegel Eb. Jakobs und des Kapitels stark beschädigt): TRIER, Stadtarchiv, Urk. K 17, darin p. 2f.

Erw.: Goetz, Regesten 179 (ohne Nennung des NvK); Lager, Jakob von Sirk (Trier. Archiv V) 33; Miller, Jakob von Sierck 215.

Adveniente feria secunda, que erat secunda dies septembbris, ipse reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Iacobus archiepiscopus Treuerensis de pallatio suo archiepiscopali itineravit ad ipsam ecclesiam sancti Symeonis, et antequam ad hostium cimiterii appropinquaret, religionem induit, portante crucem venerabili viro domino Iohanne Griiffenclae canonico Treuerensi et archidiacono tituli sancte Agathes in Longwyon. Et cum ad portam cimiterii pervenisset, obviam sue paternitati occurrit sollempnis processio ecclesie sancti Symeonis, decano in pluviali sive cappa festivali cum aqua benedicta, thuribulo et porrecto evangelio ad osculum eundem dominum archiepiscopum nomine totius ecclesie humiliiter recipiente. Et ita cantantibus cunctis responsorium, quod incipit: ‘Cives apostolorum’¹), compulsantibus campanis sursum in chorum introductus est, ubi per eundem decanum oratione facta pro protectione ipsius domini archiepiscopi ac pro felici expeditione sancti propositi decantata est sollempnis missa de Spiritu Sancto, benedicente archiepiscopo.

Deinde venerabilis dominus Nicolaus de Cusa prepositus Monasterii Meynfelt decretorum doctor, recepta benedictione a domino archiepiscopo pro exhortatione facienda, thema ex epistola currenti recepit, scilicet: ‘Accepistis, in quo et statis, per quod et salvemini’²), introducens potestatem visitatoris, causam adventus ac quid professionis ipsi canonici receperunt et in quo eos necesse sit stare, ut salventur, addicens de iusu eiusdem domini mandatum, ut decanus cum canonicis ad capitulum eant audituri intencionem domini super actu visitationis.³

9 protectione: protetctione 15 nach quo getilgt et.

¹⁾ Vgl. Kurzeja, *Liber Ordinarius* 338 mit Anm. 1541 (Text, Literatur und geschichtliche Erläuterung).

²⁾ Sermo XXIX; s.u. Nr. 559. Das Thema aus 1. Cor. 15,1f. in der Epistel vom 11. Sonntag nach Trinitatis (1443 IX 1).

³⁾ Fortsetzung s.u. Nr. 560.

1443 <September 2>, Trier St. Simeon.¹⁾

Nr. 559

NvK predigt. Thema: Accepistis in quo et statis.

Druck: b XVII Sermo XXIX (mit Angabe der Hss. und älteren Drucke). Vgl. auch Treviris I (1840) 169–177 (M. Martini).

Über dem Entwurfstext die eigenhändige Notiz: 1443 in Treueri in visitacione ecclesie sancti Symeonis per dominum Iacobum archiepiscopum.

Zur aktuellen Situation, aus der die Predigt zu verstehen ist, führt NvK einleitend aus: Et quoniam hic noster pontifex, quem coram conspicitis, hanc Christi legacionem subintravit, diu cogitavit: ad hoc se a deo missum, ut querat et salvet ac quod negligencia inexcusabilis sit in eo, qui se in pontificali iugo subiecit. Fuit autem multis tam publicis quam privatis occupacionibus hactenus ab execuzione sancti propositi retractus. Nunc vero, cum se qualiscumque oportunitas offerat, ne sanguis subditorum de manibus suis in discretissimo dei iudicio exquiratur, ad vos, fratres, uti ad dei servos venit querere, ut salvum faciat pro necessitate commissi officii. Et quoniam pastoralis sollicitudo in visitacione consistit, visitacio vero in exhortando, 10 predicando, corrigendo et reformando, iussit sua r. p. per me id, quod exortacionis, iniciari, ut ita seriatim ad alia visitacionis membra per suam r. p. deveniatur. Ego etsi minor sim, quam ex tempore congrue exortari requirat, obedientia constrictus ad verbum ‘doctoris gencium’²⁾ pro explecione mandati convolavi; nam ‘accepistis, in quo statis et per quod salvemini’.

15

Im folgenden mahnt NvK die Zuhörer eindringlich, die der Kanonikerregel entsprechende Lebensweise zu führen.

¹⁾ Das genaue Datum nach Nr. 558. Die Datierung “8. September” bei Koch, Untersuchungen 62, richtet sich nach dem angeblichen Datum der von Eb. Jakob erlassenen Statuten für St. Simeon, das Goerz, Regesten 179, aus Wyttensbach-Müller, *Gesta Trevirorum II* 333, übernommen hat; die Visitationsurkunde datiert aber eindeutig: “18. September”.

²⁾ 1. Tim. 2,7. Es stehe dahin, ob NvK zugleich die gerade so beginnende Bulle Eugens IV. Doctoris gentium von 1437 IX 18 in Erinnerung rufen will, mit der er das Konzil von Basel nach Ferrara verlegt hatte – also eine Aufforderung, sich von Basel abzuwenden und zu Eugen IV. zu bekennen.

zu 1443 September 2, Trier St. Simeon.

Nr. 560

Bericht in der Visitationsurkunde Eb. Jakobs von Trier vom 18. September 1443 über die Mitwirkung des NvK bei der Visitation.

Or. (s.o. Nr. 558): TRIER, Stadtarchiv, Urk. K 17, darin p. 3–5.

Erw.: Miller, Jakob von Sierck 216.

Intravit¹⁾ igitur in capitulum reverendissimus dominus archiepiscopus, et cum se posuisset ad sedem pro decencia archiepiscopali ornata paratam, quatuor ex consiliariis suis in iure doctis et peritis secum tantum retentis²⁾, ceteris omnibus tam consiliariis quam familiaribus de capitulo exclusis, decanum et capitulum ipse dominus archiepiscopus paterne alloquitur, dicens, quomodo ob dei et sanctorum patronorum